

## CODEX 146. olim signatus 6/28.

*Foliorum 152, 148 : 116 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub beato Frowino abbate, testibus his versiculis in fronte codicis sobrie rubricati:*

Vir bene divinus abbas aliquando Frowinus  
Me fecit scribi, pax sine fine sibi.

Liber regulae pastoralis Gregorii papae scriptus ad Johannem episcopum.

*Praemissis capitulis incipit:* Pastoralis curae me pondera fugere delitescendo voluisse — tui me meriti manus levet. Explicit liber regulae pastoralis. *P. L. 77, 13—128.*

---

## CODEX 147. olim signatus 6/33.

*Foliorum 51, 140 : 110 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Litterae initiales minio scriptae sunt.*

Liber de sacramentis *i. e. de sacramento corporis et sanguinis domini, Paschasio Radberto auctore.*

Dilectissimo filio . . . Novi enim nec ambigo *etc.* Quisquis catholicorum recte deum cuncta creasse — ut ad illa resurrectionis gaudia quantocius venire valeamus, adiuvante domino nostro Jhesu Christo . . . Amen. Explicit liber Paschasii. *P. L. 120, 1263—1345. Chevalier, col. 1721. Fabricius, Bibl. lat. med. 5, 586 sqq.*

---

## CODEX 148. olim signatus 6/36.

*Foliorum 179, 142 : 96 mm., lineis plenis exaratus saeculis XIV. et XV. rubris litteris initialibus distinctus. Codex variis manibus scriptus est seu potius ex diversis codicibus compactus in unum. Inter fol. 1. et 2. unum, ad calcem nonnulla folia desunt; folia 160—171. sunt chartacea, 166—171. scripturâ vacant.*

*Liber precatorius pro usu monialium.*

*Fol. 1—35. saec. XIV. Preces et suffragia pro defunctis; fol. 36: Cursus mortuorum; fol. 88: Suffragia de Sanctis; fol. 105: Letania pro*